

plebs sua negligentia¹⁾ electionem perdiderunt, velut ipsi confratres et venerabiles episcopi ad ea exequenda, quae restant agenda, a nobis
 65 legaliter ac regulariter destinati vobis dicent, ut, sicut sacrae leges et regulae praecipunt, archiepiscopis et episcopis conlimitaniorum dioceseon electionem concedere dignemini, ut undecunque secundum formam regularem electionis episcopi talem eligant, qui et sanctae ecclesiae utilis et regno proficius et vobis fidelis et devotus cooperator existat, et
 70 consentientibus clero et plebe eum vobis adducant, ut secundum ministerium vestrum res et facultates ecclesiae, quas ad defendendum et tuendum vobis Dominus commendavit, suae dispositioni committatis et cum consensu ac litteris vestris eum ad metropolitanum episcopum et coepiscopos ipsius dioceseos, qui eum ordinare debent, transmittatis, et
 75 sic sine scandali macula ad sanctum sacerdotium provehatur⁷⁴⁾. Constituimus enim secundum sacros canones quinque⁷⁵⁾, tres de Remorum diocesi, videlicet Hildeboldum^{k. 76)}, Bernonem^{l. 77)} et Hadebertum^{m. 78)}, diocesi vero conlimitania Ingilwinum^{n. 79)} et Sigemundum^{o. 80)} in confinio dioceseorum, ut sacri canones praecipunt, et reprobato canonice
 80 Honorato⁸¹⁾, ut praediximus, verbis vobis poterunt nuntiare, quemcunque vita et moribus et scientia invenerint ad utilitatem sanctae ecclesiae et regni profectum et vestrae fidelitatis et cooperationis idoneum, eligant et subscriptionibus suis electum ad praesentiam vestram adducant et sic cum consensu et litteris vestris ad metropolitanum
 85 episcopum et ad eius coepiscopos ordinandum adducant.

¹⁾ negligentia *Baluze* ^{k)} Hildebold zu Hildeboldus *verbessert C*, Hildeboldus *Baluze* ^{l)} Berno *C*, *Baluze* ^{m)} Hadebert zu Hadebertus *verbessert C*, Hadebertus *Baluze* ⁿ⁾ Ingilwinus *C*, *Baluze* ^{o)} Sigemund zu Sigemundus *verbessert C*, Sigemundus *Baluze*

⁷⁴⁾ Von: ... *ut, sicut sacrae leges* (Zeile 65) ... bis *provehatur* zitiert Hinkmar dieses Schreiben in einem Brief an Ludwig III. aus der ersten Junihälfte 881 (Ep. 19, c. 1, Migne PL 126 Sp. 110C). Lediglich aus diesem Zitat war der Brief bislang in der Forschung bekannt. S. auch oben S. 468 f.

⁷⁵⁾ Zur wahrscheinlichen Rechtsgrundlage s. oben S. 477.

⁷⁶⁾ Bischof von Soissons (L. D u c h e s n e, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule 3: Les provinces du Nord et de l'Est*, 1915, S. 91).

⁷⁷⁾ Bischof von Châlons-sur-Marne (ebd. S. 98).

⁷⁸⁾ Bischof von Senlis (ebd. S. 118).

⁷⁹⁾ Bischof von Paris (L. D u c h e s n e, *Fastes ... 2: L'Aquitaine et les Lyonnaises*, 1910, S. 475).

⁸⁰⁾ Bischof von Meaux (ebd. S. 479, Duchesne hat für ihn nur einen Beleg aus dem Jahre 888).

⁸¹⁾ Zu Honorat s. oben S. 470.